



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispartita

Dominicus

Francofurti, 1613

Gustatus siuej Gustus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

Ostra mea summis videri hinc laetabit.
Qui tenerum apprensus barbam, falsi ossa memorat:
Astra clausurunt tacta repente domum.

Emblema. xc.
Cervicibus grati tantido sibi pingitur alio,
Qui Laron. aut manibus gestat Ouocrot alium.
Talis forma fuit Diogenis, & talis Apici,
Et gula quasi celebres delictosa facit.

Emblema xciii.
In medicis nihil est, quod quis laetetur: & unum
Arbustum geminos non alii erit haec.

Emblema xciv.
Vix hat voras, praelargo est gutture, rostrum
Infer habet nasi multi foris que tube.

Emblema xcvi.
Ligatur quidam & gulae dedito: inque primis cupido boni
sibi quique periculis paratitico more soleret gustare, quicquid

Emblema xcvi.
Ligatur quidam & gulae dedito: inque primis cupido boni
sibi quique periculis paratitico more soleret gustare, quicquid
fuit vitium, ut quicquid vini esset, & optimum iterum atque iterum potest

Gustus seu Gustatus.

SENTENTIAE PHILOSOPH.

STATUS in nobis acior est, propterea quod ipse est tactus
portendit. lib. 2. de Anim. cap. 9.

Gustus in eo, quod gustatur, cernitur, & in eo, quod non

gustatur: quale est id, quod vel paratum, vel malum saporem habet,
vel gustum labefactat. Libro secundo de animo, capite 10:
Text. 103.

Gustus sensus est, quo res, quae sub tactum cadunt, & quae alunt
interoscuntur. lib. 3. de anim. c. 12. T. 45.

Gustatum animalibus natura tribuit, ut voluptatem & dolorem
in cibo sentiant, expectant, atque ad eum veniant. lib. 3. de Animo,
cap. 15. T. 68.

Gustatus salutarem cibum a pestifero ita fecerit, ut insuave
& in gratum fugiat: salutarem gratumque appetat. lib. de Sensu,
cap. 1.

Gustus sensus similis est tactui coagmentatione, & discretionem,
insuperque ad meatus progressionem & figuris. Aut acerbata sunt,
aut leuia ea, quae ad gustum pertinent: aliquando enim & extergentia
linguam acerbata apparent, moderata extersione praedita salta:
incidentia vero & diffundentia carnem acida; at contraria leuiaque
& dulcia in succum obliquecunt. Tim. Locum de anima mundi & natura.

Gustus est index variorum succorum, a quo porreperunt Dii
venas ad cordis sedem, quibus diversi liquores examinentur:
Haec dum dilatantur varie, & contrahuntur, secundum succorum
incidentias eorum varietatem discernunt. Alcibi. c. 19.

Gustus instrumentum existimat Aristoteles nec humidum esse
debere, nec tale ut humefcere nequeat, quippe cum humidum sit
futurum, quod est gustandum. Respondebit forsitan aliquis; hoc
ipsum, quod est gustabile, non est simpliciter humorem; sed humorem
sapidum: oportuit igitur instrumentum gustus humorem in se
duntaxat sapidum non habere, vel potius, quoniam gustus sensibile
proprium quodam tactu, gustat, necesse est ipsum pati, velut a
quodam non gustabili solum, sed tangibili: quapropter & velut ab
humido: quamobrem oportet instrumentum eius propria humiditate
prius non esse submersum. Prisc. in Theophr. cap. 39.

Gustus verum instrumentum linguam non esse, nec carnem tactus
existimant Aristoteles, & Theophrastus, sed proportionem habere
ad medium: sed instrumentum est spiritus. Priscan. in Theophr. cap. 40.

Gustus sani iudicium nullum certius apud medicos est, quam si illa,
quae salubria sunt, eadem & suavia videantur, & contra, quae laedunt
plurimum, eadem & offendant. Fic. epist. lib. 4.

Gustus aquae liquoribus comparatur, & potu & humidis saporibus
vehementissime delectatur. Marc. Fic. in Plat. conuiuii. §. sap. 2.

Gustus instrumentum non oportuit esse aridum, & humectationi
prorsus ineptum, cum alimentum aridum in ore liquefieri oportet,
ne offendant, & facilius illabatur: ideo oportuit facillime &
instrumentum humectari, & linguam habere spongiosam, quae
stomachi pulmonem, cerebri stillicidiis irrigetur, & alimentorum
combibat liquores, nec tamen oportuit humorem in se viscosum
habere, vel multum alioquin & heberet sensum, & liquorem
venientem esse humidum non perciperet: humidum enim ad tactum
pertinet, & gustus est quasi tactus, & tactui proximus. Fic. in Prisc. Theophr. c. 49.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

POLYAN-

72